Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



statis tota die ociosi. Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit
Dicit illis. Ite et vos in vineam. Cum sero autem factum esset
dicit dominus vinee procuratori suo. Voca operarios et red
de illis mercedem incipiens a novissimis usque ad primos. Cum
venissent ergo qui circa undecimam horam venerunt ac
ceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi ar
bitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt autem et
ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant
adversus patrem familias dicentes. Hii novissimi una
hora fecerunt et pares illos nobis fecisti qui portavimus
pondus diei et estus. At ille respondens uni eorum dixit. Ami
ce non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario convenisti me
cum. Tolle quod tuum est et vade. Volo autem et huic novissi
mo dare sicut et tibi. An non licet mihi quod volo facere. An oculus tu
us nequam est quia ego bonus sum. Sic erunt novissi
mi primi et primi novissimi. Multi enim sunt vocati pau
ci vero electi. Amen. Collecta. Preces populi tui. In laudibus
autem. Alleluia. Capitulum. Benedictio et claritas. Responsio
Adiutor meus esto deus ne derelinquas me. Verbum Neque despicias me
deus salutaris meus. Ne derelinquas me. Ad benedictionem autem
Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exiit primo ma
ne conducere operarios in vineam suam dicit dominus. Collecta.
Preces populi tui. Ad vesperas. Responsio Spes mea domine a iuven
tute mea. Verbum Inte confirmatus sum ex utero de ventre matris mee
tu es meus protector a iuventute. Ad magnificat. Antiphona Dixit pater
familias operariis suis quid hic statis tota die ociosi at illi respon
dentes dixerunt quia nemo nos conduxit. ite in vineam meam et
quod iustum fuerit dabo vobis. Fratrum. ij. lectio prima.
In principio creavit deus hominem ad ymaginem suam.